



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 41. Et inuenerunt, sicut dixerat illis. v. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

perfectionis, quo vos peruenistis tunc inueniam certe quem diligit & qua
rit anima mea.

§. 41. Et inuenierunt, sicut dixerat illis. v. 16.

Quod inuenierunt? primo hominem baiulantem aquam, seruum
scilicet eius cuius dominum quærebant, inde domum domini quærendi,
tertio ipsum herum domus, quarto cænaculum grande stratum, & ornatum
peristomatis & tapete & triclinijs seu leætulis more orientalium populo-
rum dispositis.

Felices discipuli, felices famuli qui cali domino seruiunt ad cuius nutum
omnia certo sunt, cuius verbum, ipsa veritas est, promissio factum. O
quis mihi dabit tali fidelitate inseruire Domino huic, qua video hos dis-
ciples eidem deseruisse. Utinam horum exemplum Episcopus in suo gradu
& Sacerdos in suo & Leuita; & secularis, & quisque imitetur, quam suam
nobis foret hæc misera vita!

§. 42. Et parauerunt pascha. v. 16.

Nimirum quicquid ad eam solemnitatem opus erat eo die curare, se-
quenti die cætera curaturi more Iudeorum tunc recepto cum omnibus
circumstantijs quæ ad id festum pertinebant, scilicet panem azymum, be-
bas agrestes, linteamina, cingula, mensæ sternia, mantilia, aquam, vinum,
scyphos, & si quæ alia necessaria essent in aduentum Domini sui, & hoc cum
omni diligentia, pietate amore, & sincero cordis affectu.

O Domine, Felices discipuli qui mittuntur à te, qui mittuntur ad tuum
seruitum, magis felices qui obediunt ad nutum, & parant Domino
suo pascha nouum in corde suo quotidie in azymis sinceritatis, & veritatis,
cum laetis agrestibus mortificationum, lachrymatum, & penitentia
felicissimi qui cum eo modo obedierunt deinde sedent in cænaculo illo co-
lorum grandi strato, & parato omnibus diligentibus se & manducant quo-
tidie contemplando & fruendo agnum immaculatum æternum incom-
prehensibilem, omnis felicitatis. Ergo mitte & me parare tibi pascha, &
concede quæso omnipotens, & misericors Deus, quæ tibi placita sunt dili-
genter & ardenter concupiscere, prudenter inuestigare, veraciter agno-
re & perfecte adimplere, ut cum sanctis Apostolis tuis quandoque & ele-
ctis videam, adorem, & fruar in aula illa cælesti agno illo omnis felicitatis,
gloriae, & æternitatis autore.

§. 43. Vespere autem factò venit cum duodecim. v. 17:

Cur vespere? multis & prægnantibus causis, siquidem vespere die
cuius